



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**

V. De Conscientia scrupulosa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

operatur? Qui operatur cum dubio, an hic & nunc opus sit licitum, nec ne, delinquit, peccato scilicet eiusdem rationis, & speciei, cuius est res, de qua dubitat: quia qui anceps operatur, se periculo delinquendi exponit.

13. *Qui aliquid præstat non practicè, sed speculatiu[m] tantum dubitans, num sit malum, delinquit ne?* Minime; quia prudenter operatur, cum ex iusta causa dubium deponat, v.g. si dubitat, an liceat capere rem alienam, si hic & nunc credat, id sibi licere propter extremam necessitatem, à furti crimine excusat; quia practicè non dubitat.

14. *Quónam modo Conscientia practicè Dubia deponetur, speculatiuumque vincetur dubium?* Duo requiruntur. Primum, debita diligentia ad inquirendam veritatem. Secundum, iusta aliqua causa mutandi iudicium, seu deponendi practicè dubium speculatiuum, scilicet consilium doctrina pollutum virorum. Verùm iusta causa contra speculatiuum iudicium est possessio, quæ præstat, vt in dubio pro possesso iudicetur, iuxta illud: Melior est conditio possidentis.

CAPUT V.

De Conscientia Scrupulosa.

15. *Vid Scrutulosa Conscientia?* Profectò Scrupulus non est Conscientia appellanda, cùm non sit iudicium: sed vana apprehensio, & hinc ortus timor peccatum alicubi esse, vbi non est.

16. *Quodnam, precor, hominis scrupuloi indicamentum?* In una vel pluribus materiis frequenter dubitare, præter consuetum morem interrogando: alias diligentem curam suæ habere Conscientię: credere aliquid esse peccatum ob leuern rationem: quæcunque in dubium reuocare, & aliquando suspensum manere: contra sapientum denique, imo contra proprium iudicium frequenter, nihilominus inquietum esse. Hi quidem in causa aliena plerumque sine formidine iudicant, hominémque absoluunt. At vero si idem casus illis eueniat, statim peccatum inesse formidant.

17. *Num contra scrupulos licitum operari?* Imo consultum. Remedia autem contra morbum huiusmodi sunt triplicia. Primò naturalia, vt contemnere scrupulos, melancholiæ mederi. Secundò, moralia, vt leges secundūm æquitatem interpretari, opinionem probabilem eligere, se submittere iudicio

B 5 aliorum.

aliorum. Tertiò , supernatura, vt sese ad Dei auxilium speciale disponere, assidue orare, sollicitè cuncta manifesta peccata cauere.

C A P V T VI.

Praxis, seu resolutiones Societatis I E S V Scholæ circa materiam de Conscientia.

§. 1. 18. **D**ixisti, agere cum Conscientia erronea distante actum esse lethalem, peccatum mortale esse : rogo, An peccatum hoc habeat specialem malitiam contra præceptum, *De Conscientia erronea.* vel virtutem? Minimè, sed generalem quandam rationem peccati determinandam ex tali, seu tali materia circa quam versatur, v.g. falsò existimo hodie esse Vigiliam, & non ieuno : eiusdem speciei peccatum gero ac si verè vigilia esset : & ideo non est opus in confessione exprimere Conscientiæ errantis circumstantiam : sed sufficit proferri : non ieunauit in Salas. Vigilia. Salas in 1.2. tract 8. d. 1. sect. 33. num. 28. scio Valent. Valen- tiam tom. 4. d. 7. q. 11. p. 7. contrarium tradidisse.

Azor. 19. *Est ne semper mortale crimen, contra conscientiam errantem agere?* Aliquando est veniale, suämque grauitatem, aut leuitatem à grauitate aut leuitate materia sumit, in qua errat Conscientia : & à diuersitate iudicij falsò suadentis, vel momentis; quia Conscientia dictare potest, vt peccatum mortale, etiam si materia sit leuis ; & vt peccatum veniale, etiam si sit grauis materia. Azorius tom. 1. lib. 2. c. 8. q. 5.

20. *Suppone aliquem eò erroris deuenire, ut utrumque oppositorum ei peccatum sit v.g. mentiri, est delictum: non mentiri, ut proximum à graui periculo eripiam, etiam contra charitatem crimen est mihi erranti.* Die festo sacrificatus pro populo recordatus me non ieunum, ab altari abstinere decerno : non possum populum sine scandalo dimittere, nec adest alius sacerdos. Si non audio sacrum pastorum, contra præceptum delinquo: si auditur, gregem à lupis committendum relinquo, tecco: quid tunc? si non habeo, quem consulam, minus malum eligam. Primo in casu minus malum mentiri, vt culpa grauior contra charitatem euitari possit. In secundo Missæ audientiæ operam dabo, ne populus scandalo feriatur. In tertio, vt proximi prouideam vtilitati, templum non adibo. *Quid si quo minus malum apparet, securus, adhuc errem? Non delinquam. Quid si ita anceps errauero, ut mihi minus malum representetur?* Tunc non quidquid